Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26157
Copyright: Admont, Benediktinerstift

misertus ei dimisit debitum ei.
Sed quia ille noluit misereri conser
ui sui. iratus est dominus debitum quod di
misit repetit. tradiditque eum
tortoribus quoadusque redderet
uniuersum debitum. Quo hec pa
rabola tendat dominus manifeste
denunciat dicens. Sic & pater
meus celestis faciet uobis. si non remi
seritis unusquisque fratri suo de cordibus
uestris. Quam sententiam propheta
pertimescens. In introitu clamat
ad dominum dicens. Si iniquitates
obseruaueris domine quis sustinebit.
Et quoniam eum sciebat iustum iudicem
esse hac uoce studebat eum beni
uolum reddere. Quia apud te
propiciatio est deus israel. Unde sacer
dos confidenter dominum rogat dicens.
Deus refugium nostrum & uirtus adesto
piis ecclesie tue precibus auctor
ipse pietatis & presta ut quod fideliter
petimus efficaciter consequamur. Tunc enim
fideliter petimus. si conseruis nostris
debita dimittimus. ut et nos a de
bitis nostris per dominum absolui ualeamus.
Hinc & apostolica de obseruanda fraterne
caritatis unitate. satis nos admo
net dum apostolus se ipsum in exemplum
ponens. inter cetera sic dicit. Testis
enim mihi est deus quomodo cupiam uos omnes in
uisceribus Christi Iesu. Et hoc oro ut
caritas dei magis ac magis ha

abundet in omni sciencia &
sensu. ut probetis potiora ut sitis
sinceres. & sine offensa in diem Christi.
Repleti fructu iusticie per Iesum Christum
in gloriam & laudem dei. Quam cari
tatem commendat responsorium
dicens. Ecce quam bonum & quam
iocundum habitare fratres in unum.
In offerenda beata hester ecclesie
typum gerens dominum rogat recor
dari sui ut det sermonem rectum
in os eius. Si enim rectus sermo in
ore nostro sonuerit uidelicet
peccata nostra confitendo. peniten
do. proximis nostris debita remitten
do. statim in communione illa ad
nos diuina dirigitur promissio. Dico
uobis gaudium est angelis dei. Et cetera
De uicesima autem .iii. dominica. quoniam
tractaui in quadam epistola nec aliquid
dicere super sedi. Inter hec non oci
ose querendum puto. cur auctor
officiorum tantummodo .xx.iii. inter
octauam pentecostes & aduentum
domini. ordinator uero lectionarii
xxv. lectiones posuerit. excep
tis his que in octaua pentecostes
& in dominica .v. ante natale domini.
& de sancta trinitate legi solent.
Que si .xxv. adduntur .xxviiii.
numerus adimpletur. Qui offici
a ordinauit embolismales an
nos. in decennouali ciclo ad